



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 3. Quanti fecerint diuitias Prophetæ & Philosophi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

4

*Cap. I. Cur odiosa*

homines, quæ volunt splendere, inaurant,  
ita.

*Horat.*

*lib. 2. ser.*

5.

*Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior al-  
gâ est.*

Quanti sanguinis vidimus viros despectos,  
postquam aurum perdiderunt? Croesos, non  
Codros populus adorat. Quàm præclaras  
experimur virtutes, sub scissili palliastro,  
delituisse? Quot viuacissima ingenia negle-  
cta sepeliuntur, quæ excitata fuissent, splen-  
duissentque, si habuissent Mecœnates? Quā  
irroborata est opinio, vt ferè vnuſquisque  
tanti fiat, quantum habet. Clarè illud ex-  
pressit Iuuenalɪs, cùm diceret:

*Quantum quisque sua nummorum seruat  
in arca,*

*Tantum habet, & fidei.*

Vſque adeò calamitosus est inops, vt, cùm  
careat, vnde se alat, ne fidem quoque ha-  
beat, vnde acquirat.

§. III.

*Quantifecerint dinitias Prophetæ, & Philo-  
sophi?*

Sed relinquamus Poëtas, consulamus  
*Pſa. 30. II.* Prophetas, quorum vnuſ ait: *Infirmata est  
in paupertate virtus mea.* Nam super alias  
afflictiones accessit, vt propter inopiam vi-  
res

res pristinas amiserit. Idem enim est, *virtus mea* 2. Reg. 15.  
*mea*, quod *ossa mea conturbata sunt*; per *ossa* 16. & 17.  
 siquidem, robur intelligimus, quod Dauidē  
 defecit, quando sine *ullo* commeatu fugit,  
 & ad loca deserta se recepit, non solūm pe-  
 dibus, sed etiam nudis pedibus iter faciens.  
 Quid si etiam ait, *infirmata est, in paupertate*  
*virtus mea*, quia animi quoque robur qua-  
 titur sāpe impatientiā paupertatis? Atrox  
 est enim, etiam teste Iobo, pœna, si reges  
 vinciantur funibus paupertatis, propter sce- Iob. 36. 8.  
 lera videlicet sua, quia violenti fuerunt.  
 Quantò maior ærumna censebitur, si in-  
 paupertatem incident innocentēs? Qua de  
 caussa ipsum Iobum, cùm possessio eius creni-  
 set in terra, eumque Tartareus hostis vellet  
 facere impatientem, dixit ad Deum: *Ex-*  
*tende paululum manum tuam, & tange cun-*  
*cta, quæ poscidet, nisi in faciem benedixerit tibi.*  
 Neque sanè parum fuit, vna vice, & boum  
 armenta, & asinarum cateruas, & ouium  
 greges, & camelorum turmas, cum pueris  
 & seruis ei auferri. Menippus Phœnix, se-  
 cundā Cynicus, cùm habendi cupidissimus es-  
 set, amissis bonis, laqueo vitam finiuit, vt  
 de eo testatur Laërtius. Et longè celebrior Bruson.  
 Philosophus Zeno, cùm sāpe nescio quem I. 2. c. 26.

contemtum diuitiarum præ se ferret, Antigonus rex ei falsò fecit nunciari, *Prædia illius ab hostibus esse direpta*; eo nuncio ita percusus est, ut in magnam tristitiam ostenderet se incidisse. Quod non mirum est accidisse Ethnicis, cùm in Iudæa, vbi notus erat

**Gabr.** in  
supplēm.  
ad dist. 30  
q. 2. Con-  
clus. 4.  
**Psal.** 143.  
**Abulens.**  
tom. 1. in

**Marth.** q.  
43. in c. 1.

**Calphur.**  
**Eelog.** 7.

Deus, paupertas maledictionis loco fuerit judicata. *Tunc temporum*, ait Gabriel, *pauperitas pro maledictione, & diuitiarum abundantia pro benedictione erat*. Hoc innuit Prophetā dicens: *Beatum dixerunt, cui hac sunt*. Et Abulensis: *Iudei, inquit, putabant, quod Messias redimeret eos, à temporalis seruitute, & deduxisset regno Israël, ad prosperitatem maiorem temporalem, quam fuerat sub David, & Salomone, & ceteris regibus*. Propter quod plurimi *Iudeorum non receperunt Iesum in Messiam*; quia non liberavit aliquid de temporali regno; *& ista erat quasi communis intentio omnium Iudeorum, tempore Christi*. Eadem mens est alijs plerisque, ex cortice de nucleo, ex ueste de animo judicant. Hinc illud Calphurnius lamentum edidit:

*O vitam nobis non rustica uestis inesset,  
Vidissim propius mea numina: sed mihi  
sordes,*

*Nudaq;*

fit paupertas?

7

Nudaq; paupertas, & adunco fibula morsu  
Obfuerant.

§. IV.

Paupertas amicis, rebus necessarijs, & ope  
aliena videtur carere.

Plures sunt caussæ, cur paupertas mala  
censeatur, non enim tantum amicis caret,  
qui nummis caret; non tantum destituitur  
necessarijs rebus ad vitam sustentandam;  
nec tantum despicitur; aut odiosos facit;  
sed etiam alijs malis obruitur, ob quæ me-  
ritò despici videtur. Nam paupertas caussa  
est malæ educationis liberorum. Paupertas  
est multorum grauium criminum occasio.  
Paupertas ipsas virtutes facit steriles. Pau-  
pertas reddit homines hominibus, ob furtæ,  
& latrocinia, abominandos. Paupertas ho-  
mines ad blasphemandum impellit, & adi-  
git ad laqueum atque extremam despera-  
tionem. 1. Quòd amicis careat pauper, Sa-  
lomon docuit illis verbis: *Dinitia addunt  
amicos plurimos: à paupere autem & hi, quos  
habuit, separantur.* Quod Poëta ita expressit,

Cùm fueris felix, multos numerabis ami-  
cos:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Quin vt idem Salomon dixit: *Fratres homi-* Pro. 14,

Pro. 19:  
4. 5.

A 4

nisi 20.